

Georg Radow

**Amplissimae Facultatis Iuridicae in Universitate Rostochiensi ad hunc actum
Decanus Georgius Radovius, I.U.D. & Professor Publicus, Suo, & totius Collegii
Iuridici nomine, Ad Disputationem Inauguralem Dn. Francisci Maruardi Gerdes/
Rostochiensis. Ad diem XXIII. Maii ... habendam, Magnificum Dn. Rectorem ... &
coeteros omnes, omnium Ordinum Cives Academicos ... invitat : [P.P. Rostochii
sub sigillo Facultatis d. Maii Anno 1671]**

Rostochii: Kilius, 1671

<http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn741506823>

Druck Freier  Zugang



Gelehrte Pressematerial

R U jar 1671

Georg Radovius, Pr 16

Franzinus Marquardus Gerdes, Reg.

Mit Progr.

AMPLISSIMÆ FACULTATIS JURIDICÆ
in Universitate Rostochiensî ad hunc actum

DECANUS
**GEORGIVS
RADOVIUS, J.V.D.**

& Professor Publicus,

Suo, & totius Collegii Juridici nominis,
Ad



DISPUTATIONEM INAUGURALEM
DN. FRANCISCI MARQVARDI

GERDES Rostochiensis.

Addiem XXIII. Maij, pro consequendis summis

in utroq; jure honoribus & privilegiis,
habendam,

Magnificum **DN. RECTOREM,**
Amplissimum utriusq; Reipublicæ Senatum
& cœteros omnes, omnium Ordinum Cives Academicos ac Literatos, eâ, qua par est, observantia atq; humanitate invitat.

ROSTOCHII,

Typis JOHANNIS KILII, Universitatis Typogr. Anno 1671.



Uintus Mucius Scævola, maxime dignationis apud populum Romanum JCtus, aliquando quæsusus, Ultrum matris repudiatae irataq; professio filio ita oblit, ut, cum illa cum spuriū in actis suis let professa, hic eā de causa neq; in patris sui esse potestate, neq; hujus iussu matris intestatae mortuæ adire hæreditatem possit? non minus verè, quam nervosè, tribusque saltē verbis respondit: Veritati locum superfore. l. 29. §. 1. ff. de probat. Quamvis enim magna professionum, (quarum duas apud JCtos esse species, Natales scilicet, quibus natos sibi liberos apud acta parentes, & Censuales libri, quibus census patrimonium & ætatis apud censores antiqui profitebantur, ad l. 6. C de fid. instrum. Gothofredus notat) in probando ætatis præprimis statu, sit habenda ratio; uti patet ex l. 2. §. 1. ff. de Excusat: Tert. l. 1. C. si minor se Major. dix. & l. 2. C. de his, qui ven. etat. impetrav. Neq; etiam matris & avi minus quam ipsius patris in jure recepta reperiatur professio, l. 16. ff. de probat. filio quamvis parum honorifica atque lucrosa, quin potius præjudicialis & maxime damnosa, l. 3. pr. ff. de liber. & postibum. Judicium tamen vir prudens cordatusque haud præcipitandum, sed, cum ex calore iracundia potius, quam ipsa rei veritate, bonaq; fide, matris professio videatur esse profecta.

pessimi

peſſimi" vero conſultores, teſte Saluſt. in Bello Jugurth. ſint cu-
piditas & ira, tantisper ſuſpendendum exiſtimavit, uſque dum
ſecundum circumſtantias cauſā ulterius cognitā, veritas ex-
actius excuti, atque id tandem decerni ſtatuiq; poſſit, quod
æquitati & iuſtitiæ, quæ ſine veritate ne ad momentum qui-
dem conſiſtere poſteſt, magis ſit futurum coaſonum. Autb: bo-
die C. de iudic: l. 6. §. 1. ff. de Offic. preſid. junct. l. 13. ff. de probat.
Quid enim vel ſpeciem ſaltem æqui boniq; habet, quod alic-
num eſt à veritate aut quomodo ſuum cuiq;, quod iuſtitiæ
proprium eſt, illisque cum primis attendendum venit, qui ju-
ſtitiam colunt, & boni & æqui noſitiam profitentur, bonum
ab iniquo ſeparantes, veramq; & non ſimulatam Philosophi-
am affectantes, l. 1. §. 1. & l. 10. ff. de Juſt. & Jur. tribui poterit,
ubi, quid verè cujuſque ſit, non patet? Deum ſane jure optimo
agnoscimus iuſtissimum, quia veracissimus, imo ipſa veritas eſt,
adeo ut, ſi oculis præſentem intueri fas eſſet, veritatis & iuſtitiæ
luce amictum cerneremus; Unde etiam à Psalte regio ope-
ra manuum ipſius, veritas & iudicium coniunctim celebra-
tur. DEI vero imaginem cum iudices in tribunalibus ſuis gere-
re & exprimere debeant, Deorumq; appellatione ea de cauſa
in ſacris honorentur, ante omnia quoq; tenebuntur diligere
atq; ſectari veritatem; quæ iudicis non ſaltem oculus eſt, teſte
Vrb. Dec. 189. ſed & basis atq; fundamentum, imo ipſa Mater
iuſtitiæ. Bald. consil. 343. lib. 1. Aloys. Ricc. in prax. rer. for. Eccles.
Decif. 234. Et res ſolidiſſima, murusq; inexpugnabilis. Afficit;
Dec. 235. n. 7. Vincens omnia c. veritate & ſeq. diſt. 8. quæ manet
& invaleſcit in æternū, & vivit ac obtinet in ſecula ſeculo-
rum. c. pen. diſt. 8. quæq; omnia ingenia, aſtutias & calliditates
ſuperat; quæ contra facta ſimulataq; figmenta ſeipſam defen-
dit; quæq; deniq; poſt Deum eſt colenda. Vulſej. vol. 3. Consil.
Marpurg. 21. n. 1. Præcepit idem diſertis verbis ſacer etiam Co-
dex, dum ſecundum iudicium verūm, veritatem & iudicium

in

in portis judicare judices jubentur. Sciebat hoc Jethro, Mo-
sis sacer, qui genero suo oneri regiminis ferendo impari fvasit,
ut ex omni populo viros timentes Deum, sapientes & strenu-
os, in quibus esset non placendi studium, sed veritas, qui que
odissent avaritiam, causarum cognitores & judices eligeret, in-
credibilem laborem, quem perferre solus non poterat, suble-
vatuos. Apud Ægyptios ex ejus collo, qui primarium inter
judices tenebat locum, Numinis imago pendebat ē gemmis &
auro confecta, quod Numen ipsi veritatem appellabant, teste
Aeliano, qui narrationi hujus historiæ addit: Ego vero judicem
non tam in lapide sculptam aut expressam veritatem circum-
ferre, quam animo mentique insitam & infixam habere vel-
lim; & ita quidem, ut citius Sol a cursu suo, quam ipse ab or-
bita veritatis dimoveatur. Nec enim fraudibus ac mendacio
locus esse debet, ubi integritas queritur, non strophæ fallaces
& tortuosæ admitti, ubi simplicitas expetitur, non gratia aut
odio quicquam dari, ubi rectitudo speratur; quia potius o-
mnibus modis laborandum est, ut veritas inquiratur, inquisita
ac inventa in lucem producatur, & omnibus viribus defendan-
tur. Proditor namque veritatis est non solum ille, qui trans-
grediens veritatem, palam pro veritate mendacium loquitur,
sed ille, qui non libere veritatem pronunciat, quam libere
pronunciare oportet, aut non libere veritatem defendit, quam libere
defendere convenit. *Can. nolite 86. 11. quest. 3.* Nec ad rem
quicquam facit, quod veritatem involutam in alto latere sta-
tuat *Seneca de Benefic.* ad puteum Democriti forte alludens, in
quo veritatem ille demersit. Quamvis enim diffiteri, quisquis
etiam ille fuerit, nemo possit, non obviare eam semper & in-
proprio extare, sed profundo saepius immersam aut varia-
ti circumstantiarum ita involutam esse, ut vel sagacissimo acu-
tissimoque interdum non liqueat, nec quid vel credendum,
vel statuendum sit, certo sciri protinus queat; Certum tamen
exad.

ex adverso etiam est, quod initia investigandi veri ab ipsa natura acceperimus, teste Arrian. lib. 3. cap. 26. in Epictet. quodque etiam tempore & labore elucescat veritas, si bonus obtigerit adjutor; dummodo tu tempus & diligentiam debitam conferas, & si ipse non possis nudis & tenuibus illis, quæ natura insunt, vestigiis verum ingredi, ex aliis audire non graveris, qui ipsum invenerunt. Dandum semper est tempus, inquit divinus ille Seneca 2. de Ira, Veritatem dies aperit. Quemadmodum, quistudio tenetur venationis, postquam quæsivit, investigavit, indagavit, canes, qui cursu persequerentur, emisit, feram capit: ita etiam apparet verum dulcedine quæsitum, & labore paratum. Sit nobis exemplo Regum omnium sapientissimus Salomon, qui inter duas mulieres de infante contententes, judicaturus, non statim ac audita saltem astrictis intentione & reæ contradictione adquievit, sed ad cognoscendam veritatem, cum ratio ejus indagandæ alia non supereisset, stratagemate aliquo physico usus, & terribili mandato velut fulminis istu viscera veræ matris exploravit, ac perculit, ut filium vivum inimicæ potius, quam cæsum neci dare mallet. Sit exemplo, ut ad instrumenta redeamus, de quibus occasione Dissertationis præsentis inauguralis, præfari quædam animus fuit, Potentissimus quondam Daniæ Rex, Christianus IV. glorioßimæ recordationis, qui, cum cognitioni causæ eujusdā controversæ, more omnino probando laudatissimoq; ipse interesset, atq; de veritate debiti per instrumentum aliquod, nullo visibili vito laborans, sed omnibus numeris absolutū ab actore, sibi alias suspecto, satis quidem probati, à debitoris tam hærede pro vero nunquam agniti, maxime sollicitus esset, Consiliariis suis in condemnationem Rei unanimiter consentientibus, & in concipienda sententia condemnatoria jam occupatis, cautionem sive obligationem sāpius antea lectam atq; relectam repetiit, & postquam forte fortuna in signum ipsi chartæ

chartæ à chartopœo impressum incidisset, indeq; chartam, in officina chartaria à se primum fundata, confessam animadvertiset, ex collatione temporis fundatæ officinæ prædictæ, & datæ obligationis, quod nulla ratione conciliari potuit, Actorem falsitatis manifestæ publicè convicit, atq; Reo, plaudentibus omnibus tam Assessoribus, quam iis qui spectatum auditumq; tum temporis magno numero in locum judicii Regii convene-
rant, plenissime liberato & absoluto, gravissimâ, falsarioque digna pœna adfecit. Eandem hodie sæpius, mutatis saltem personis, fabulam ludi, testantur qui vel acta ē judiciis ad concipiendam aliquam, legibus conformem sententiam, transmissa legunt, vel ipsis in judiciis versantur, & omnia judicia falsis, perjuriisq; repleta esse conqueruntur; ut adeo quilibet sive provinciæ Praeses, sive judex alius serio monendus sit, ut Veritatē rerum erroribus gestarum vitiari non patiatur, sed id potius sequatur, quod convenit eum ex fide eorum, quæ probabun-
tur; uti eleganter loquitur Ulpianus in l. 6. §. 1 ff. de Offic. Præsid.
Quamvis non diffiteamur, cautione insigni & prudentia hic opus esse, cavendumq; ne dum vitare Scyllā allaboras, incidas in Charybdim. Eò namq; hominum perversitas sub hac exul-
cerata mundisenecta etiam excrevit, ut ludum quandoq; du-
cat fidem eludere, & in securitatem fidei, adversus fraudes re-
perta posse defraudare. Quæ & hodie inter artificia jurisperi-
torum (rectius forte jurispruditorum) resert, posse obligatio-
num firmamenta disputationibus rite perrumpere & infirmare.
Quantopere igitur conscientiæ, Reipublicæ, commerciorum
& societatis humanæ, imo & singulorum salutis, ut hæ omnia per bonam fidem salva sint, interest talia non fieri; tantum et-
iam resert istas tec̄hnas, fraudes, artes, quæ quam fidem insi-
dam, tam inde omnia divina & humana infida faciunt, non esse
impunitas, verba sunt Excellentissimi quondam J. C. Dn. Mevii: b. m.
part. 2. Decis. 209. n. 2. Pluribus argumentum hocce ob tempo-
ris


ris & que, ac pagellarum angustiam prosequi jam non licet; cum
nonnulla quoq; de Clarissimi Dn. Candidati Natalibus, studiis,
honestoq; proposito, pro recepta hactenus consuetudine, sint
subjicienda. Natus autem est hic Rostochii A. O. R. M. DC.
XXXIX, Viro Amplissimo atq; Prudentissimo, DN. BALTHA-
SARO Gerdes / Senatore hujus Reipublicæ meritissimo, &
Matre Margaretha Schraders / Matrona omnibus virtuti-
bus instructissima laudatissimaq;. Cumq; jā ante variis subPræ-
ceptoribus sacris literariis initiatus esset, traditus tandem est
privatae informationitum DN. FRIDERICI UMMELMANNI,
Con-Rectoris quondam Scholæ Rostochiensis fidelissimi, tum
etiam Viri Nobilissimi Ampliss. atq; Consultissimi DN. JA-
COBI SEBASTIANI LAURENBERGII, J. U. D. & P. P. in hac
Academia longe celeberrimi, Collegæ nostri olim conjunctissimi,
nunc desideratissimi, tūb quibus non saltim in humaniori
literatura, & disciplinis quibusdam Philosophicis, sed & in ju-
re Romano tantum profecit, uti dignus judicatus fuerit, qui
Anno 1659. in Academiam Jenensem mitteretur. Ubitam diu
substitut, & laudatissima, Excellentissimorum Professorum, im-
primis DN. RICHTERI, STRUVII & STRAUCHII, infor-
matione est usus, usq; dum ad ephoriā nobilissimorum fra-
trum HENRICI & ANTONII GUNTHERI ab HATTEN, Holsatorū,
vocaretur. Cui spartæ quemadmodum laudabiliter in Aca-
demia Julia per annum, & quod excurrit, præfuit, ibiq; partim
inspectioni suæ commissos in formando, partim etiam alios &
præprimis Magnificum atq; Consultissimum DN. EICHELIUM,
Jctum Professorem Publicum & Serenissimi Ducis Saxo-
Lauenburgici Vice-Cancellarium meritissimum, amicum no-
strum honoratissimum, una cum Hospite suo, Excellentissimo
DN. D. CONRINGIO, in publicis & privatis prælectionibus
audiendo, non pœnitendos in studiis suis progressus fecit, ita in
Academiam patriam rediens id unice egit sedulo, uti se Amplif-
simæ

Simæ Facultati nostræ omnibusq; bonis redderet quam com-
mendatissimum. Professus tandem nomen est Ampliss. Facul-
tati, & cum privatum examen pro consequendis summis in-
jure honoribus & privilegiis sic satis bene atq; egregie sustinu-
isset, facile impetravit, ut ad publicum quoq; admitteretur,
disputaturus de INSTRUMENTIS, Materia juris utili & scitu
necessaria, ad diem XXIII. hujus Mensis. Ut itaque Actus
iste honorifico, decentique modo instituatur & peragatur,
Magnificum DN. Rectorem, Amplissimum Utriusque
Reipublicæ Senatum, Excellentissimos omnium Fa-
cultatum Doctores, Licentiatos, Verbi etiam Divini
Ministros, Philosophiæ Magistros, quiq; præterea
Musarum Castra sequuntur & literarum studia serio
amant, ea qua par est, observantia atq; humanitate
invitatos & rogatos volo, ut eidem frequentes inter-
sint, benevolasq; tam linguis quam aures Candi-
dato nostro præbeant; certa spe freti, nos nullo
unquam tempore hujus in nos collati bene-
ficii futuros esse immemores. Valete.

P. P. Rostochii sub sigillo Facultatis
d. Maij Anno 1671.



ris &que, ac pagellarum angustiam prosequi ja
nonnulla quoq; de Clarissimi Dn. Candidati N
honestoq; proposito, pro recepta hactenus co
subjicienda. Natus autem est hic Rostochii.
XXXIX. Viro Amplissimo atq; Prudentissimo
SARO Gerdes / Senatore hujus Reipublicæ
Matre Margaretha Schraders / Matrona
bus instructissima laudatissimaq;. Cumq; ja an
ceptoribus sacris literariis initiatus esset, trad
privatae informationitum DN. FRIDERICI U
Con-Rectoris quondam Scholæ Rostochiensis
etiam Viri Nobilissimi Ampliss. atq; Consu
COBI SEBASTIANI LAURENBERGII, J. U
Academia longe celeberrimi, Collegæ nostri
simi, nunc desideratissimi, sub quibus non sal
literatura, & disciplinis quibusdam Philosophi
re Romano tantum profecit, uti dignus jud
Anno 1659. in Academiam Jenensem mittere
substitut, & laudatissima, Excellentissimorum
primis DN. RICHTERI, STRUVII & STE
matione est usus, usq; dum ad ephoriā no
trum HENRICI & ANTONII GUNTHERI ab HA
vocaretur. Cui spartæ quemadmodum Iau
demia Julia per annum, & quod excurrit, pra
inspectioni suæ commissos in formando, part
præ primis Magnificum atq; Consultissimum D
JCtum Professorem Publicum & Serenissi
Lauenburgici Vice-Cancellarium meritissimi
strum honoratissimum, una cum Hospite suo
DN. D. CONRINGIO, in publicis & priva
audiendo, non pœnitendos in studiis suis pro
Academiam patriam rediens id unice egit sed



cum
diis,
sint
DC.
HA
o, &
uti.
Præ
n est
NNI,
tum
. JA
n hac
actif
niori
in ju
t, qui
m diu
n, im
infor
m fra
torū,
Aca
artim
ios &
IUM,
Saxo
m no
fissimo
nibus
ita in
mplis
simæ
032

Image Engineering Scan Reference Chart TE263 Serial No.